286* Ex lapidibus errore inter Praenestinos relatis enotare visum est hos:

a titulos

1 *dis manib. Anniae Asiaticae* (Corp. VI, 11775)
2 *d. m. Cl. Hagni f. Gazzae* (Corp. VI, 15446)
3 *Iuniae Glaphyrae* (Corp. VI, 20883)
4 *M. Oscio Primo* (Corp. VI, 23587)
5 *L. Ovinio Cyminae* (Corp. VI, 23636)
6 *Sex. Pompeius Abascantio* (Mur. 1390, 10)

ab auctore schedarum Ptolemaearum descriptos Romae in aedibus principis Praenestini Muratorius repetens collocavit Praeneste.

b neglegentia Vulpii Praenestinis se insinuaverunt tituli urbani hi:

1 *Genio Noricorum L. Iulius Bassus stationarius eorum d. d* (Corp. VI, 259). Vulpi 9 p. 187; Cecconi p. 61; Petrini p. 310, 53.
2 *d. m. M. Ulpius Aug lib. Euphrosynus a veste venatoria* (Corp. VI, 8555). Vulpi 9 p. 195; Cecconi p. 173; Petrini p. 358, 13.
3 *have dulcis Popilia Alexandria.* Vulpi 9 p. 196; Cecconi p. 185; Petrini p. 358, 14.

c *P. Vinicius P. l. Laces comoed. v. a. xxxv* (Corp. VI, 10102) Ficoronius quod scribit in libro *le maschere sceniche* repertum esse *nelle rovine dell' antica Preneste*, id fide minus dignum videtur, cum eodem fere tempore Gorio (cod. Maruc. A 6) longe alia de origine tituli scripserit.

d titulum Coranum (Corp. X n. 6514) *...iae* [rectius *...nae*] *serveis contul.* cet. petitum ex Iucundo Donius (ed. 2, 9) errore collocavit Praeneste. Secuti sunt Donium Murat. 505, 16; Cecconi p. 80; Petrini p. 294.

e titulus *imp. Caes. M. Aurelio Antonino Aug. trib. pot. ii procos.* (Grut. 268, 4) mero calami lapsu a Manutio Vat. 5253 f. 418′ dicitur extare non Perusiae, sed Praeneste.

f *sacro suscepto sortibus sublatis C. Gallio Atticus Mediolaniens.* titulum Mediolanensem (vol. V n. 5801) Vulpius Lat. 9 p. 133 eumque secuti Cecconi p. 54 et Petrini p. 305, 34 Praenestinum dicunt.

g *Ti. Octavi Diadumeni* cippus sepulcralis servatus Romae in museo Vaticano (Corp. VI, 10035) in nonnullis descriptionibus musei Vaticani dicitur repertus esse Praeneste, sine auctore, immo errore, cum iam Maffeius eum viderit Romae.

287* 1. *dis manibus Anniae Anni lib. Nymphes* et *d. m. Aureli[o] Eutyciano* tituli qui extant (vel certe ante non multos annos extabant) Praeneste in vinea Frattini, origine sunt urbani, cf. Corp. VI, 11803. 13091.

2 *A. Papsenna Phoenix* titulus qui extat Praeneste in aedibus olim Cecconii teste ipso Cecconio p. 96 repertus est in via Praenestina mille passibus a Roma.

288* 1 *d. m. Aelius Timoxenus* (Corp. VI, 2625) titulus qui extat, et *diis manibus sacrum T. Flavio Daphno* (Mur. 1257, 9), qui aliquando extabat in villa S. Pastoris via Praenestina, origine sunt urbani. Possunt item esse urbani quos inter inscriptiones agri Praenestini recepi n. 2844. 2845.

2 *Siliae Earine* titulus qui extat Zagaroli in platea publica origine est urbanus (Grut. 706, 17).

289* Suaresius cod. Vat. 9140 f. 268′. 268 perscripsit non pauca fragmenta titulorum a se ipso ut videtur Cave in ecclesia S. Caroli descripta, quae neque ante neque post eum quisquam ibi vidit. Crediderim haec inscriptionum fragmenta adhibita fuisse in pavimento ecclesiae — ad talia fragmenta ab omnibus vel tantum non ab omnibus aliis neglecta saepius Suaresius vel primus vel solus animum advertit (cf. infra n. 290* et quae inter Tiburtinas inscriptiones dedimus n. 3568. 3828); quod si verum est, venisse in oppidum Cave putanda sunt ex urbe Roma. Placuit adscribere haec fragmenta ita ut Suaresius ea excepit:

a

X V I R O S I L I
SACERDOTI · S

1 scr. X VIRO STLI*tibus iud.*

---

b

T · F VOL ·
I T I B V S I
SODAL

---

c

GALLIAR · PRAEPOSIT · V
ET RAET · ET · NORIC ·
II KASTR · LEGII · TRI ·
RAET · XII · VRB
T O D D D L

---

d

B A I
BELG
C L · TINGI
PANN
R V T

c et *d* supersunt ex elogiis hominum ordinis equestris; *d* fortasse spectabat ad eum cuius sunt inscriptiones Corp. IX, 4964 et Eph. epigr. V n. 977.

---

e

D M
C MAE CAENATI · A ·
M A E C A E N A T I A F
P A T R I · P I E N T I S
E T P O S T E R I S Q
H · M · D · N

---

f

LYGIAE Ɔ · L
ARTIMICIAE

---

g

ERELLA

---

h

LOCVS LEO

290* Genazzani in ecclesia S. Nicolai extant dissecta in pavimento fragmenta titulorum quam plurima, sed ex quibus saepe attritu pedum litterae evanuerunt. Descripserunt ea fragmenta olim Suaresius cod. Vat. 9140 f. 240. 240′ et Senni *memorie di Genazzano* (1838), nuper examinavimus de Rossi, Stevenson, ego. Et fragmenta in quibus nobis successit ut saltem nomina virorum mulierumve deprehenderemus, haec sunt:

.... *[Germa]nic. Dacicus pon[tife]x maximus trib[uni]c. potest. xuii [i]mp. vi c[os] vi pater patr.* fragmentum tripertitum, partim descriptum a Rossio, plenius a Sennio *memorie di Genazzano* p. 375.
dis m[a]nibus Ti. Clau[di]us Cios (?).
[Cla]udia Chr...
d. m. Feliclae.
C. Folius Tertiu[s].
dis man. Rubriae Cale.
[V]ictor[i] filio dul... [christ.],
[hic depositus] est vir honestus Bigilius.

Praeterea non pauca hodie quoque ibi extant vel paucarum litterarum vel lectionis plane desperatae. His accedunt haec a Suaresio solo descripta:

til cune (?) | *fratris* | *M. Iuli Dymantis*
[H]ilario p. sibi poste|risque suis | fe[cit].
[V]itrasia Pallas n (?) *liberto optimo* (hic quoque omisimus complura fragmenta plane corrupta);

denique hoc quod Sennius p. 304 (unde repetivit de Rossi inscr. chr. 1 n. 202) solus servavit:

UE. ANT VS
IOVINO CON *ss*

Inscriptiones in pavimentis ecclesiarum medio aevo adhibitas peti solitas esse ex thesauris lapidariis urbis Romae exposuit de Rossi *bull. crist.* 1875 p. 131; de his eo minus dubitari potest quod ager oppidi Genazzani nullas antiquas inscriptiones dedit.

291* Quos una cum illis exhibet Suaresius cod Vat. 9140 f. 240 item ut extantes in ecclesia S. Nicolai:

1 *d. m. M.* [*M.* om. Senni] *Antonius Processus militi* [sic traditur] *fru.* [*aru* Suar.] *leg. iii C[y]r.* [*cr* Suar., *or* Senni] cet.
2 *[C]laudia Primigenia vix. an. xxvii [H]armodi Ti. Claud[i] Germanici supra dom.* (C. VI, 8662)
3 *T. Iulius Eubali [l.] Scymnus* (C. VI, 20260)
4 *Lucillae* [*Buccillae* Senni] *contubernali Eutych[u]s* [*Eytychas* Suar., *Eutycas* Senni] cet.,

ei cum integri vel paene integri fuerint, certe non frustula dissecta, non videntur fuisse adhibiti in pavimento ecclesiae. Accedit quod duos ex eis (n. 1. 4) Sennius praeterea scribit adservari in aedibus suis (cf. n. 294*), ubi tamen frustra quaesivi. Ceterum urbanos esse iudico hos non minus quam eos quos sub n. 290* recensui.

292* Genazzani in aedibus Columnensium saeculo superiore extiterunt complures tituli ex urbe Roma oriundi alii genuini, alii recens repetiti ex inscriptionibus antiquis, genuini hi:

1 *Epaenus Messalinae* | *Aug. Augustianus* | *Iulianus* | *Seleucus C. Caesar(is)* | *cocus Germanici* (Suaresius Vat. 9140 f. 240, qui collocat in ecclesia S. Nicolai, errore ut puto; Fabretti inscr. 440, 48, col. Traian. p. 184 ex schedis Cameli; Spon p. 221 qui collocat Romae; Marini ms. Vat., cf. Arv. p. 29; Senni *memorie di Genazzano* p. 371, qui ait Romam translatum esse; nuper Romae in hortis Columnensium descripsit Reifferscheid).

2 *d. m. M. Ulpio Aug. lib. Abascanto* cet. (Corp. VI, 8627) mutila.

3 *d. m. C. Vibius C. f. Celer* cet. (Corp. VI, 10225) (nam haec Genazzani a Fabrettio collocata in Columnensium aedibus sine dubio extitit, nisi haec potius trahenda est ad inscriptiones recens incisas quas statim enumerabimus; suspecta enim erat Mommseno inscr. Neap. n. 6905; mihi tamen conferenti visa est genuina esse posse).

His accedit

4 *Ti. Claudius Felix* (Corp. VI, 15059), quam priorum auctorum nemo vidit Genazzani, vidisse videtur in aedibus Columnensium Genazzani Sennius p. 371, 4, licet addat iam translatam esse Romam (ubi extat in aedibus Columnensium).

293* recens incisa (in urnis) exempla inscriptionum urbanarum

1 Corp. VI, 1592: *d. m. L. Aurelio Agaclyto eq. Rom.*
2 Corp. VI, 10177: *d. m. M. Ulpi Felicis*
3 Mur. 1752, 2: *C. Terenti Acti*

Genazzani in aedibus Columnensium vidit Marinius Vat. 9127 f. 274 (horum falsorum exemplorum primum nuper a Mommseno descriptum est Vindobonae, secundum et tertium a Garruccio in aedibus Columnensium Romae).

294* Genazzani in aedibus Senni extant tituli originis urbanae hi:

1 *d. m. T. Aur. Maximus armorum cu[stos]* Corp. VI, 3922.
2 *d. m. Martialis T. Sexti Laterani vilic.* Corp. VI, 9987.
3 *L. Calpu[rnius] Antioch[us] .. maior m... de sacra* [*via*], *vixit a[nn]...*
4 *Rubria Prima Albaniesis* (Spon misc. p. 155).
5 *Vettiae Ven...*
6 *d.* [*m.*] *L. Vivole[nus] Aevelpistu[s].*

Edidit eos Senni *memorie di Genazzano* (1838) p. 378—381.